



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

In Tit. XIV. De Precariis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62169)

factum dicitur, quod suis solemnitatibus est constitutum; imò pro infecto habetur, quod contra jus factum est, l. 5. C. de legib. Et d. §. 1. Et Quia contra 64, De R. l. in 6, Idque in foro exteriori indubitatum est; nam quoad forum interius, id est, conscientie, aliter censet Ant. de Butrio ad c. 8. n. 12, inf. De immun. Eccles. ut, si quis ab Ecclesia rem emerit, omittis solemnitatibus, vero tamen pretio: & causa legitima intercedentibus, quod nihilominus subsistat emptio & venditio quoad forum conscientie, dummodo consensus eo-

rum, quorum interest, intervenerit: nam quòd sacri Canones solemnitatem adhiberi velint in alienatione rerum Ecclesiarum, id fit ob periculum Ecclesie, & fraudes evitandas; quæ cum cessarint in conscientie foro, nihil est quod de effectu solemnitatum sumus solliciti. Et probat hoc dictum Butr. Panorm. ad d. e. 8, num. 31, aitq. ad multa accommodari posse. Facit optimus text. in l. fin. C. de fideicom. Et in §. ult. Inst. de fideicom. hered.

IN TIT. XIV. DE PRECARIIS.

Distinguit hic inter Precarias & Precariam Hostiensis, ut nomine Precariarum veniat contractus, quo veluti precarius usus prædii Ecclesiastici alicui conceditur, de quinquennio in quinquennum renovandus, ad perpetuam rei memoriam, c. 1 h. t. can. Precaria de quinquennio x. q. 1. can. Longinquitate xii. q. 2. Precaria verò sit contractus, quo jus percipiendorum fructuum ex prædio Ecclesiastico alicui ad vitam tantum precario conceditur. Nam qui olim res suas Ecclesie donabant & cedebant, rogare deinde so-

lebant, ut sibi quoad viverent, uti liceret illis vel aliis Ecclesie bonis. Canones tamen distinguere non videntur, d. can. Precaria de quinquennio, Et can. Precaria à nemine x. q. 2, Et c. 2, h. t. Ut precarie sive precaria nihil sit aliud, quam jus percipiendi jus ex prædio Ecclesiastico alicui vel gratuito, vel numeratâ certâ mercede, in vicem donationis Ecclesie ab eo factæ, concessum Vide D. Canis in Summa lib. 111, tit. 1, ut & ad duos Tit. seqq. de Commodato & Deposito, eod. lib. tit. 17. V. A.

IN TIT. XVII. DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

In Cap. Dilecti 3.

SUMMARI A.

1. Venditio ultra dimidiam justipretii an valida?
2. Facti species.
3. Causâ pluribus delegatâ quis cognoscat.
4. Sententia contra jus lata est nulla ipso jure.
5. Cur in casu h. cap. venditio non sit ipso jure nulla.
6. Deceptio circa pretium unde proveniat.
7. Dolus dan: causam contractui quid operetur.
8. Et quid incidens in contractum.
9. Error circa pretium non vitiat contractum.
10. Quid si ultra dimidiam justipretii deceptio contingat?
11. L. 2. C. De resc. vend. an in emptore locum habeat?
12. Lasso ultra dimidiam justipretii qualiter inveniatur.
13. Quid si lasso contigerit ex parte emptoris?
14. Decisio d. l. 2, an locum habeat in venditore, sciente res pretium?

15. Intellectus l. Domum 57, §. 2, D. De contrah. empt.

16. Et quid si emptor renuntiet auxilio d. l. 2,

17. An decisio d. l. 2, habeat locum in ceteris contractibus.

18. An in transactione?

19. An in conscientie foro.

Celebris hujus Cap. decisio est, desumpta ex l. 2, C. De resc. vend. ejusque sententia hæc est: quòd valeat venditio, etiam venditio, etiam si venditor deceptus sit ultra dimidiam justipretii; sed agere posse eundem venditorem, ut sibi vel restitatur res, vel justum pretium suppleatur ab emptore; idque disjunctivè, nam alterutrum præcisè perendo succumberet venditor.

Facti speciem videamus: Quidam Canonici Beluacenses, ignorante Capitulo suo silvam quamdam vendiderant Abbati, & Fratribus Cariloci, certo & constituto pretio: cujus occasione lite subortâ, & delatâ ad S. Pontificem, causa ab